Noverint universi quod Ego Joanneta uxor honorabilis thome de bach domicelli de maioricis gratis et ex certa sciencia laudo gratiam et bonofamiliatem
vobis honorabilibus guillermo fuster et martino delman iuratis ac singulis universitatis ville sancte margarite de muro insule maioricarum presentibus et sin
gularibus illius quod quandocumque vos dicto nomine volueritis et dicti singulares eiusdem ville voluerint possitis et possint a me et meis redimere et quita
re iuxta duas equales vices illas Quadraginta libras monete maioricarum censuales et rendales quas sum insto die presenti paulo ante laudo et firmare
in posse subscripti notarii solvendas quolibet anno a die presenti ad unum annum et deinde anno quolibet in dicto die allatas positas et portatas intus
presentem Civitatem maioricarum ad habitationem mei et meorum vestris et seu dicte universitatis et singularium illius propriis missionibus et expen
sis mihi vendidistis et de novo onerastis in et super omnibus et singulis alodiis honoribus et possessionibus alodialibus aliisque bonis universitatis predicte et
illius singularium presentibus et futuris prout hec et alia in dicto venditionis et onerationis instrumento ad quod me refero largius continentur dando et
solvendo mihi et meis in duabus vicibus pro precio et proprietate dicti censualis Quingentas libras monete maioricarum mihi et meis ab omnibus su
1110 ribus et missionibus franquas et quitias unacum omni censu et rata mihi et meis debitis et pertinentibus occasione dicti censualis usque diem [illegible]
de redemptionis et quitationis dicti censualis. Ego enim promitto vobis dictis nominibus dicteque universitati et illius singularibus quod habebitis et tempus de
bitis precio et proprietate dicti censualis quantumque sit predictum et in duabus equalibus vicibus ac censu et rata eiusdem censualis firmam et primam vo
bis et seu dicte universitati et illius singularibus instrumentum luitionis et quitationis dicti censualis ad totalem voluntatem vestram dictis nominibus et seu
dicte universitatis et singularium eiusdem prout melius et utilius dici scribi et vestrorum et dicte universitatis intentioni adaptari poterit. Hec
promitto et bona fide convenio vobis dictis nominibus et seu dicte universitati et illius singularibus ac notario infrascripto tanquam publice et autentice
persone pro vobis et seu pro dicta universitate et illius singularibus ac aliis etiam quorum interest intererit aut interesse poterit a me legitime
stipulanti et recipienti predicta omnia et singula me et meos semper habere rata grata valida atque firma et nullo tempore revocare contrafa
cere vel venire verbo vel opere de iure vel de facto directe vel indirecte per me vel aliam interpositam personam aliquo iure titulo causa vel
ratione sub ypotheca et obligatione omnium et singulorum bonorum meorum habitorum et habendorum ubique. Actum est hoc in Civitate maiori
carum die videlicet sabbati vicesima tertia mensis Januarii anno anativitate domini Millesimo Quadringentesimo Septuagesimo nono
Sig+num mei Joannete de bach predicte que hec laudo concedo et firmo.

Testes inde sunt ludovicus vergeri scriptor et anthonius campos de pollentia



Signum meum Anthonii bosca apostolica et imperiali per universum orbem Regia vero auctoritate ubique notarii publici [illegible] tenentis [illegible]
regentis [illegible] discreto Joanne [illegible] notarii libros et protocolla [illegible] Joannis [illegible]
qui predictum instrumentum manu alterius me [illegible] legitime [illegible] scribi feci et clausi sub die [illegible] februarii anno [illegible]
Cum supraposito [illegible]

1439

Iquanera, Muller de Thomàs
Dezbach, Donzell, concedix à los
Iurats de la Vila de Sta Magta
la gracia de poderli quitar ab dos
partidas 40 ſ. cens, q̃ era dita Vila
tinguda à fer.

28

No 124

N. 57

28
PERG-024